Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26896
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ignoscere sic roganti. Delibabo cum amicis delibabo cum pro
pinquis. Me miserum qui pene promisi. O me miserum quantum xxx
diebus irasci non possum. Quid mirari inquit si illum cito exorasti.
Facilius est iniuriam donare quam emi. Accede in medium senex
cuius nimia crudelis sum. Iam inquit angustum tempus est et tamen vacat
accusare. Sic aliquis exorat. Sic deprecatur. Apparet nec
te primum rogare. Quid enim tamquam demens egi. Non sum exoratus.
Non dum transiit tempus. et nunc exorari possum. Quam iniquum est
non diu esse nocentem et iam reum. Altera pars.

Me miserum. Pater iure tuo decretum est nichil. tempori multum
Infelicior sum quam si ne iterum exorasse. Si servatus esset
filius iam tempus fuit. Si occisus iam tempus est. Prior rogatus est qui
magis timebat. Torta a tyranno pro marito.

Torta a tyranno uxor numquid de viri tyrannicidio
sciret perseveravit negare. Postea maritus eius tyrannum occidit.
Illam intra quinquennium non parientem sterilitatis nomine dimisit.
Agit illa ingrati. Eas nuptias tyrannicida diduxit quas non
diduxit tyrannus. Trahebantur matrone. rapiebantur virgines.
Nulli tunc videbantur feliciores quam qui liberos non habebant. Sus
picatus est hic tyrannus de tyrannicidio cogitare. Sive
isti aliquid excidit. sive non bene regi voluit. magna consilia
tamen de uxoris garrulitate queri non potest cum sciat quemadmo
dum taceat. Imposita in eculeum sepius ad absentem virum
respexit quam ad presentem tyrannum. Explicatur totus adversus in
felicem feminam tyrannice crudelitatis apparatus et il
la instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia ad
excutienda muliebris pectoris secreta proponuntur. Ube
ribus corpus arripitur. Nescio R. E. Antequam ista mulier data
sit liberos tyrannicida debet. Maritus si transiit quinquennium
inter uxorem tortam et occupatum virum. scissum corpus fla
gellis igne adustum tormentisque convulsum. Ignosceatis